



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

7 De homine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. XII. ART. V. VI. VII. VIII. IX. X.

habere communia, & ideo Augustinus dicit. Si quod hoc modo intelligat fatum, lenteat in teneat, linguam corrigat, ut non dicat fatum, sed prouidentiam Dei.

QVÆSTIO V.

ARTICVLVS V.

Vtrum esse angelus sit accidentis eius.

**D**EINDE quæstum est de angelis.

¶ Et circa hoc quæsta sunt duo.

¶ Primo, Vtrum esse angelus sit accidentis eius, & uidetur quod non, quia accidentis intelligitur inesse aliqui praexistentes: angelus autem non praexistit ipsi esse.

**C**ONTRA Hilarius dicit &c.

**R**ESPON. Dicendum, quod opinio Auic. fuit, quod unum & ens semper pdicant accidentis. Hoc autem non est verum, quia in unum prout cōuerterit cum ente, signat substantiam rei, & similiter ipsum ens: sed in unum prout est principium numeri, signat accidentes. Scendum ergo, quod unumquodque quod est in potentia & in actu, fit actu per hoc quod participat actum superiorē. Per hoc autem aliquid maxime fit actu, & participat per similitudinem primū & parvum actum. Primus autem actus est esse subtilis per se, unde completionem unumquodque recipit per hoc quod participat esse: unde est complementum omnīs formā, quia per hoc compleetur quod hēt esse, & hēt esse cum est actu, & sic nulla forma est nisi per esse. Et sic dico quod esse substantiale rei non est accidentis, sed actualitas cuiuslibet formā existentis sive sine materia, sive cū materia: & quia esse est complementum omnīum, inde est quod proprius effectus Dei est esse, & nulla causa dat esse, nisi in quantum participat operationem diuinam, & si propriè loquendo, non est accidentis, & quod Hil. dicit, dico quod accidentis dīlarge oē, quod non est pars essentiæ, & sic est esse in rebus creatis, quia in solo Deo esse est eius essentia.

ARTICVLVS VI.

Vtrum diabolus cognoscat cogitationes hominum.

**S**ECUNDO quæstum est, utrum diabolus cognoscat cogitationes hominum.

**R**ESPON. Dicendum, quod cognoscere cogitationes cordis potest contingere dupliciter, in se & per se, & in aliquo effectu. Primo solius Dei est. Hier. 15. Praecepit cor hominis, & inscrutabile: vnde nec angelii sic eas cognoscunt, cuius ratio est triplex. Una, propter debitatem eius quod habet, eo quod supra gradum quo aliquid est ens in potentia, est gradus quo res sunt in anima. Alia ratio est, quia quod est in veritate causæ aliquius, non potest cognosci nisi a causa quæ nata est mouere illā: voluntatem autem mouet solus Deus. Cum ergo omnes cogitationes dependant a voluntate sicut a sua causa, solus Deus eas cognoscit. Alia ratio est, quia angelii illa qua cognoscunt naturaliter, cognoscunt per spēs naturaliter in ditas, & he sunt species rerum naturalium, non aut cogitationum: quia hæc non reducuntur ad causam naturalem, vel non pertinent ad cognitionē naturalium, tamen per effectus cognitionum cognoscunt cogitationes, sicut & hō facit, cum ipsi subtilius cognoscunt effectus, qui causantur ex cogitationibus. Nam fīm cogitationes hō afficiunt aliqua passione, & per eas mouentur cor, & hos motus subtilius ipsi cognoscunt quā nos, & sic aliquid cognoscunt de cognitionibus cordis, & hoc Aug. dicit in li. de diuinat. dēmo

F num, licet alibi dicat, quod determinare in eis talē cognitionem sit presumptuosum.

QVÆSTIO VI.

ARTICVLVS VII.

Vtrum cælum, vel mundus sit eternus.

**D**EINDE quæstum est de celo-

¶ Et circa hoc quæstum fuit.

Vtrum cælum, vel mundus sit eternus.

**R**ESPON. Dicendum, quod non, sed mundum incepisse est de numero corum que cadute subfūde, non sub demonstratione. Nam quæ dependet ex simplici voluntate Dei, p̄t esse & nō esse: & ad hoc quod non sit, non inducit aliqua necessitas ex parte Dei: diuina autem bonitas, quae est finis rerum, p̄t ita esse si non sit mundus, sicut si sit mundus.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum cælum sit animatum.

**S**ECUNDO quæstū est, vtrū cælum sit animatum.

**R**ESPON. Dicendum, quod de hoc diuersissimo sentiunt doctores ecclesie. Hieron. dicit fugit cœlestia, quod sol est aitatis. Dam. hoc negat & hoc differentia est est apud philosophos. Plato & Aris. ponunt corpora supercelestia animata. sc. Anaxago. vero nō: & ideo legitur fusce ocellis. Ego autem dico secundum Aug. 2. super Gen. ad literam, quod non refert ad fidem, utrum sic, ad alterum sit: vnde hoc nō determinat Enchadens, quod si ponamus corpora celestia esse animata, non ideo erunt in iudicio tres ordines iudiciorum. angelorum, & hominum, & animalium, quia illæ anima computabuntur cum angelis, & hoc sensisse videtur ille qui fecit præfationem, cū dicit Cæli cælorumque virtutes. Et ratio patet.

QVÆSTIO VII.

ARTICVLVS IX.

Vtrum anima perficiat corpus immediate, vel mediante corporeitatem.

**D**EINDE quæstum est de hominē quantum ad naturam, & quantum ad gratiam, & quantum ad culpam.

¶ Circa primum quæsta sunt tria.

¶ Primo, Quantum ad animam.

¶ Secundū, De cognitione animæ.

¶ Tertio, de effectu cognitionis.

¶ Circa animam quæsta sunt duo.

¶ Primo, Vtrum anima perficiat corpus immediate, vel mediante corporeitatem.

**R**ESPON. Dicendum, quod in nullo corpore est nisi una forma substantialis, cuius est rō triplex. Prima est, quā si plures, sequens non erit forma substantialis, quē facit esse simpliciter, sed solum accidentalis, quā facit esse hoc. Item, si sit acquisita forma substantialis, non erit generatio simpliciter. Item, quia non est compositum ex anima & corpore unum simpliciter, sed duo simpliciter, & utrum per accidens.

Si dicatur corporeitas forma corporis, corporeitas dicitur dupliciter, quandoque tres dimēsiones, & hoc non est forma substantialis, sed accidentis: aliquid dicitur quādam forma ex qua prouenit triā dimēsio, & hēc non est alia forma specifica.

ARTICVLVS X.

Vtrum anima traducatur.

**S**ECUNDO, Vtrum anima sit ex traduce.

**R**ESPON. Dicendum, quod Au. hanc quæstio-

**D. 178.** nem non determinat, sed in determinata relinquit. In lib. de eccl. dogma, sed ille liber non est. Aug. sed Gregorius. etiam non vult determinare, credendum est tamen quod a non, & est una ratio philosophi in li. de animalib. quod impossibile est quod virtus corporis producat id quod excedit corpus, virtus autem seminis est virtus corporalis. **Tex. co. 37.** Alio ratio est 7. met. quia n. quidam posuerunt, quae formae naturales sunt ex creatione, cum materia aeris recipit formam ignis, aut incrat, & sic est latatio, aut non incrat. ergo sit de novo, non ex aliquo, sed ex nihilo. ergo creatur. Soluit phil. quia forma non fit. sicut nec ens, vel esse habens per se, sed fit compositum quod habet esse subsistens. Si ergo est aliqua forma qua per se subsistat, illa habet per se fieri, anima autem habet esse per se subsistens & remanet corrupto corpore, & ita oportet quod habeat suum fieri.

## Q V A E S T I O V I I I .

## A R T I C U L V S X I .

Vtrum intellectus humanus cognoscat singulare.

**D**E INDE quæstum est de cognitione hominis, utrum intellectus humanus cognoscat singulare. **R E S P O N S.** Dicendum, quod aliquid cognoscitur dupliciter, directe, & indirecte. si per reflectionem. Differaut autem intellectum humanum & diuinum, quia humanus non cognoscit directe singulare, diuinus autem sic: quia cognitionis sit per similitudinem cogniti in cognoscente, & haec est in intellectu nostro per abstractionem a conditionibus individuantibus, & a materia. Et ideo cum re & cognitio sit per speciem, ideo non cognoscit directe nisi in via sensu: intellectus autem diuinus cognoscit non per similitudinem a re acceptam, sed per extensionem sua essentia ad res, & haec similitudo, scilicet diuina essentia in Deo est omnium quæ sunt in re expressa similitudo, & iō directe cognoscit quicquid est in re, & quod pertinet ad materiam individualem. Sed quarens Philosophus, si separatus est intellectus, & cognoscit quæ sunt in materia, dicit quod oportet quod hoc cognoscatur, & alia, sicut formas separatas cognoscit intellectus & coniuncta materia & imaginatione, australi modo, & per extensionem, in quantum coniungit phantasie, quæ representant sibi phantasma, & sic indirecte cognoscit.

## Q V A E S T I O I X .

## A R T I C U L V S X I I .

Vtrum habitus scientie acquisitio remaneant post uitam.

**D**E INDE quæstum est de affectu cognitionis, & primo utrum habitus scientie acquisitio remaneant post hanc uitam. **R E S P O N S.** Dicendum, quod circa hoc est duplex opinio quidam dicit quod non, sequentes Auct. in 6. naturali. quod species acquisitæ non remaneant in intellectu possibili, nisi quandiu autem intelligitur, quod est falsum. Nam intellectus possibilis recipit species, & retinet formam modum: unde cum ipse sit immobilitas, utpote immaterialis & incorruptibilis, recipit species intelligibiles formam modum suum, & numerum inde recessunt: & quod sint ibi est dum actu non intelligitur, patet 3. de anima ubi dicitur, quod sunt in anima alterius, quam dum actu intelligitur scilicet habitus, & sic dico quod remaneant siue in damnatis,

siue in beatis. Item destruuntur ibi habitus scientiarum, quantum ad modum scientie, quia hic secundum per intelligit conuertendo se adphantasmata propter corpus, & non solum propter hoc phantasmata indigemus, sed ad utendum huiusmodi speciebus, & iste modus non erit tunc, quia non conuertet se adphantasmata.

## A R T I C U L V S X I I I .

Vtrum uerba humana habeant uim ad mouendum bruta.

**S**ECUNDO, vtrum uerba humana habeant uim ad mouendum bruta, puta serpentes.

4. di. 34. q. 1.  
art. 1. a prim.  
& sp. a. 2. c.

**R E S P O N S.** Dicendum, quod aliquid potest habere uirtutem aliquam & formam propriam naturam, & formam uirtutis superioris causa uerbi gratia, commixtum ex elementis habet uirtutem unam ex natura elementorum, formam prædominantis elementi: aliam habet ex corpore celesti, sicut per adam attrahit ferrum, quod non reducitur ad uirtutem elementarem. Aliqui ergo dicunt, quod non solum naturalia corpora, sed artificialia fortuantur virtutes aliquas ex impressione corporum celestium puta, imagines, uel figure sub certa constellacione factæ: & sic hoc uerum est. si quod super artificialia sit huiusmodi uirtus impressa: potest etiam dici quod uerba prolatas in certo tempore habeant efficaciam mouendi, sed hoc non est uerum. Nam in rebus naturalibus omnia quæ habent aliquam uirtutem ex corpore celesti, habent illam consequentem aliquam formam: unde nihil agit ad ad speciem, nisi ex uirtute corporis celestis, & sic forma est prius in unoquoque quam uirtus ad talia. Remota ergo priori remouet posterior. Si ergo huiusmodi uirtutes attribuitur aliquibus, oportet quod radicetur super formam aliquam: forma autem artificiales non sunt nisi figura quadam, & id talsum est per uerba, & hinc uirtus aliquæ habet ex corpore celesti: sed si habent aliquæ, hoc hinc spiritu immundo, & immisceat se per bis hominum, ut decipiat, secundum Aug. unde aliquæ uerba fabriosis, iallis, & vanis, quibus ad illudendum homines se immiscerunt unde oia ista fruoles & superstitiones sunt, & imagines astronomicae, in quibus, & si non ad sit aliqua expressa invocatio demonum, si est ibi quidam ratus consensus. Tunc si aliquis dicat verba Dei, & sacrae uerba mutatione & fraude, sed bona & diuina intentione, non est incautio, sed oratio. Chrysostomus super Mat. ibi. Dilatant phylacteria &c. reprehendit illos qui collo uerba euangelii suspendunt, & cum uirtus euangelii non sit in figuris literarum, sed in fide, non tamen damno illos qui super se gerunt euangelium ex deuotione, quia B. Cecilia euangelium Christi semper gerebat in pectore, sine tamen aliqua additione uel verborum, uel characterum, uel ceterorum suspectorum.

## Q V A E S T I O X .

**D**E INDE quæstum est de hoce quantu ad gratiam.

¶ Primò, De sacramentis.

¶ Secundò, De uirtutibus.

¶ Tertiò, De officiis.

¶ De primo tria quæstia sunt.

¶ Primò, De sacramento gratiae.

¶ Secundo, De effectu sacramentorum.

¶ Tertio, De uinitate ecclesie.

¶ De sacramentis gratiae quærebantur duo.

¶ Primo, De baptismo.

¶ Secundo, De penitentia.

Quodlibet. S. Tho. K 3 ARTI-

Tex. com. 8.

ar. 19. 2. j. p.  
q. 3. ar. 1. ad  
3. & ar. 3. ad  
4. & ar. 5. o.  
& 6. c. & 12.  
q. 67. ar. 2. o.